



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LXXXI. Der Probst zu Diesdorf, Georg von Amelingsdorf, macht daselbst
eine Stiftung mit Einkünften aus Wendisch-Böddenstedt, am 31. Oktober
1368.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

cula sancti apostoli Petri poterit a nobis in diuinis officiis celebrari. Insuper recognoscimus protestantes, quod Beatrix, Adelheidis et Elyzabeth, dicte Zabelli, sorores, nostre jam scripte commoniales, ex iusto hereditatis tytulo post obitum suarum donauerunt tertiam partem dimidii plaultri salis nostro conuentui perpetuis temporibus libere possidendam, ab illo presbytero per caritaticem, qui altare beati Lamberti procurauit, sustollendam. Ad refectionem nostrarum omnium ipso die beati Petri apostoli ad vincula perficiendam, vt eo deuotius memoria istarum trium nec non domini Ditmari Zabelli defuncti auunculi earundem progenitorumque singulorum jam scriptorum singulis annis peragatur. In cuius rei euidentis testimonium sigillum nostri conuentus duximus appendendum. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo sexto, in festo purificationis Marie virginis gloriose.

Gercken's Fragm. II, 211. 212.

LXXXI. Der Propst zu Diesdorf, Georg von Amelingsdorf, macht daselbst eine Stiftung mit Einkünften aus Wendisch-Böddenstedt, am 31. October 1368.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Cum sit summe quiescere, nunquam a laude dei cessare, Ego igitur Georgius de Amelingsdorp, prepositus in insula Distorp, verdenfis dyocesis, licet indignus, huius quietis accensus desiderio, humane infirmitatis deprehensus tedio et desitiens mortis imperio, sed sperans pio iuari suffragio, non meis presumendo meritis, dei vero confidens beneficiis ex multis ipsius misericordiis animaduertens toto mentis conamine, diuino instigante flamine, si dominum in sanctis laudare iubemur, intendens que diuine laudis cultum et promisse quietis meritum cordintime ampliare, unaque omnium fidelium, vivorum pariter et defunctorum, eterne beatitudinis fruitionem salubriter procreare, imperato religiofarum deo dicatarum virginum, Elizabeth de Marnholt priorisse totiusque conuentus Ecclesie sancte Marie in insula Distorp predictae dyocesis et omnium quorum interest aut quolibet poterit interesse consensu communi et beneplacito speciali dotationis beneficio cum universis redditibus, fructibus et prouentibus singulisque iustitiis et obuentiombus quibuscunque de tota villa flauicali Bodenstede memorate dyocesis singulis annis provenientibus, offerens domino sacrificium vespertinum et bennigne iustificationis holocaustum, affectantes studium decorare, altare in choro dominorum monasterii sancte Marie in insula Distorp iam dicte dyocesis versus meridiem localiter situatum in honorem dei omnipotentis et intemerate virginis Marie eius genitricis omniumque similiter sanctorum humiliter dedicatam, hoc modo videlicet et forma, quod prepositus ecclesie prelibate, qui pro tempore fuerit, singulis annis perpetuis temporibus fructus et redditus, obuentiones et proventus quoscunque de predicta villa Bodenstede prouenientes percipiet pleno iure, faciens et ordinans perpetuo temporis successu altare prenarratum per specialem sacerdotem singulis diebus missarum sollempnia ibidem celebrantem, amoto quolibet doli et fraudis scrupulo, canonice gubernari, si diuine ultionis iudicio noluerit condempnari, quem quidem sacerdotem idem prepositus cum aliis prefate cappellanis ecclesie in pretio largiendo et expensis ministrandis in similibus et equalibus geret visceribus caritatis, qui etiam sacerdos chororum more cappellanorum aliorum studiose frequentabit et missarum sollempnia honore

congruo ad domini prepositi profectum pariter et cantrici dicte ecclesie affectum, prout ei cooperari dignabitur clementia saluatoris, cottidie ad altare pretactum deuotius celebrabit, fidelium oblationes ad ibidem altare peruenientes predicto domino preposito fideliter presentando, mei, parentum meorum, una et benefactorum in mislarum deuotionibus memoriam salutarem diligenter faciendo, ut nostre deuotioni proficiat et saluti. Et ut huius dotationis ordinatio firma maneat et inconvulsa, presentia sigillorum, mei prepositi et Conuentus in insula Distorp, nec non honorabilium virorum, dominorum Helmici in ysenhaghen et hinrici in Dambeke prepositorum testium premissorum, appensione tradidi communita. Anno domini M^o. CCC^o. LXVIII^o. In vigilia omnium sanctorum.

Gerrens Dipl. I, 455—458.

LXXXIII. Propst Georg zu Diesdorf bittet um Entscheidung eines Streites über Lehnsuccession in Besitzungen seines Klosters zu Walsdorf, worauf Hans und Hoyer Stejow in Salzwedel Anspruch machen, am 28. Juni 1368.

Dit syn de Schulde, der ek Georgius, Prouest, von des Conuentes wegene den Goddesiuncvrowen des Goddeshufes vser vrowen in deme Werdere tho Dyftorp, in deme Stichte tho Verden schuldeghe Hannese Stejowen vnde Hoiere, sinen vedderen, borghere to Soltwedele. Se hinderen de benomeden Goddesiuncvrowen an ereme gude to Malstorp, dar nu an sith de Krogersche beneuen dem Kerkhoue vnde Heyne Latekoten, Des desuluen Goddesiuncvrowen eghendom vnde ware hebben ghehat manch iahr vnde noch hebben vnde den recht were angeerst is desuluen Gudes vormiddelt deme Dode Tydeken Stejowen, ichteswanne borgheres tho Soltwedel, de dat befundern hadde tho rechteme Lehne entfangen von eyneme miner vofahren vnde gestoruen is ane Lehneruen, alse he dat ghud befunderen mannich iahr besaad vnde befunderen brukede, so eyn mann sinen sundern ghudes bruken schal, Dat syn vader vore mit synen brodern ghedelet hadde vnde aller wyse befunderen brukede, also ek alle disse stücke bewiesen wille, wo wur vnde weme ek tho rechte schal. Desuluen Hannes vnde Hoier spreken, se hebben des vorbenomeden ghudes lehnes gewere vnde hebben nach den seggheworden buten mynen willen weder God, weder recht vnde weder sunderlike vorrede, der se sikk mit my vorredet hadden in ieghenwordigkeit vromer lude sek desuluen ghudes vnderwunden mit sullwolde, also se my tho der vofschreuenen Goddesiuncvrowen hant neinerlei wyse bewyset hebben des Ghudes Lehnes gewere, also se nach Leenrechte von rechteswegene scholden, wol ek manighen enden dat dicke van ene eschet hebbe vnde ek my nach Leenrechte dicke voplichtet hebbe in duffer sake recht tho donde vnde tho stadende, wo beschreuen Lehnrecht vt wifet, des my an ene alles is to kort geworden. Hir vmme bidde ek andechtliken vmme Goddes willen Junckhere Rotgher von Gustede vnd Gherde von Wultrou iuwe vornemeaen Wisheith, dat iy mine arme Goddes ghetroweden Juncvrowen vorbenomet mid den vorgeschreuenen Hannese vnd Hoiere in duffer sake nach Leenrechte edder nach minne vofscheden vt tho wifende vnde lerende, wu de dicke nomeden Hannes vnde Hoier nach Leenrechte des vofschreuenen gudes rechte